



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia**

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

**Parisiis, 1644**

Concilium Divionense In Bvrgvndia A Petro Dvacense Sedis apostolicae  
legato contra Philippum regem Franciae ob repudiatam vxorem  
celebratum anno Domini MCXVII. tempore Caelestini papae III.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15974**



CONCILIVM DIVIONENSE IN BVRGVNDA A PETRO DVACENSE SEDIS apostolicæ legato contra Philippum regem Francia ob repudiatam vxorem celebratum anno Domini MCXC VII. tempore Cælestini papæ III.

ANNO CHRISTI 1197.

NOTA.

Concilium. ] Ioannes Tilius in chronico de regibus Francorum, auctoritate Pauli Emilii, Vincentii in speculo, & aliorum anno 1197. Legatus papa, inquit, circa diui Michaelis festum in Diuionensi Concilio ob secundum regis matrimonium toti Francia sacris clam interdixit. Quæ sententia promulgata rex vehementer iratus, qui Concilio interfuerant persecutus, eos grauiter vltus est. Hæc ille.



VITA ET EPISTOLÆ INNOCENTII PAPÆ III.

INNOCENTIVS eius nominis tertius, Lotharius antea appellatus, iuuenis triginta annorū vel paulo amplius, sed egregie prudens & eruditus, mirabili omnium consensu ex cardinale diacono altero die post obitum Cælestini papæ quinti, nimirum Idibus Iunii anno 1198. creatus est pontifex tempore Ottonis quarti regis Germaniæ, cui contra Philippum Barbarossæ filium reclamantem magis fauens, coronam imperii cum benedictione solita contulit, & ex causâ iustissimâ vicissim abstulit. Nam cum donationem illam, qua Mathildis filia Rogerii principis Siciliae marchiam Apuliae Romanæ ecclesiæ donauerat, ille post impetratam imperii coronam, tamquam inualide citra consensum imperii principum factam sibi vindicasset, ac præterea etiam contra iusurandum quod paulo ante emiserat, vt beatus Antoninus tertia parte chronici titulo decimonono annotauit, Apuliam & Calabriam vi & armis sibi subiiciens mandatis apostolicis obedire contemneret, papa sententiam excommunicationis primum, ac postea priuationis & depositionis in eum ferens, Sigfrido archiepiscopo Moguntino, vt est apud Trithemium

ANNO CHRISTI 1198.